

de lumine bono, c. 2. intra omnia, sed non in celum: extra omnia, sed non exclusum: & ideo in teriore, ut omnia continet: ideo exterius, ut in circumscribat magnitudinem sua imminutate omnia includat. Alia loca adferuntur a Magistrol. 1. sent. dist. 37. Accedit & ratio. Deus est immensus: ergo impossibile est creaturam aliquam existere cuius sit non sit intime praesens. Plures rationes peti possunt ex B. Thomae l. 3. contra gent. c. 68. Ideoque licet nonnullis visum sit non posse probari efficaci ratione Deum esse intime secundum substantiam in omnibus rebus; contrarium tamen est verius: quod & agnouerunt Philosophi, teste Cyrillo l. 1. contra Iuliu. circa medium. Putant quidem aliqui Aristotelem minus recte hac de re sensisse, sed non probant efficaciter.

AD 1. ERGO OBJECTIONEM RESP. NEG. CONS. quia maioris perfectionis est, Deum esse intime in omnibus in quibus agit, quam si lageret solum immediate immedia ione virtutis, si ut perfectius est, esse vbiique secundum existentiam, praesentiam, & potentiam, quam secundum solum potentiam. Sed præterea magnum est inter Deum & creaturas discrimen: ipse enim est causa totius entis & totius esse ab solute & quoad omnia; haec autem solum sunt causæ quod fit hoc vel illud ens.

Deinde, in Deo unum & idem sunt virtus & existentia, ac per consequens ipse non potest alicui coniungi secundum virtutem, nisi etiam coniungatur secundum existentiam.

Denique, B. Thom. hic procedit, supponendo quod Deus non agit quomodocumque, sed quod agit & conservat res tanquam primum & perfectissimum agens, in quo includitur quod sit infinitus & immensus.

AD 2. QUAMVIS CONSEQUENTIA NON VALCAT. NEG. tamen Ant. licet enim dici posse prius esse creaturam fieri, quam eam dum facta est, in suo facto esse conservari per praesentiam Dei. simpliciter tamen prius natura est, Deum creature praesentem dare illi esse, quam eam esse.

AD 3. RESP. quod eo casu Deus gubernaret quidem omnia iubendo, sed non operando; sicut Rex tertenus, licet non sit vbique, omnia tamen que in regno suo sunt, iubendo regit.

AD PESTREM. RESP. NEG. ASS. Cum enim radix Solis non inquinetur, tametsi super immunda & foecitia loca effundantur; cumque anima leprosi nulla ex eius corpore sordes contrahat: multo magis existimandum est, Deum posse esse in omnibus omnino rebus, & ab illis non inquinari. Vide Aug. l. de natura boni c. 19. l. de agone Christi, à c. 18. de quinq; hereticis, c. 5. B. Thomam 3. p. q. 31. at. 4. ad 3. Magist. sent. l. 1. dist. 37.

Ceterum, quia hæc nomina, dæmon & homo peccator, non solum important naturam entis, sed nominant naturam intellectualem peccato deformata: si Deus diceretur simpliciter esse in dæmons vel in peccatore, videbatur significari quod sit in eis per modum quo natura intellectualem est capax ut in eis sit Deus, hoc est, per gratiam; & ideo non simpliciter est dicendum quod Deus sit in dæmons, vel in peccatore, sed cum addito, in quantum est ens vel resquædam.

Hæc obiter nota, quod B. Thom. hic, ut & alibi saxe dicat Deum esse in omnibus rebus, sicut a-

A gens adebet ei in quod agit: quodque hoc ad maximam Dei virtutem pertinet quod immediate in omnibus agit. Item quod oportet omnem agens suam virtutem contingere id in quod agit.

Circa ea quæ dicuntur in corpore quæ potest.

An esse sive existentia causetur a solo Deo.

PVTATVR enim Author noster partem affirm. tenuisse, quia hic dicit quod esse creatum est proprius effectus Dei, quod & alibi sacer repetit.

B VERVM Tamen RESP. probabilius videri, ut ex ratione, tum ex mente Authoris nostri, quod causæ secundæ producant esse instrumenta littera quidem respectu Dei, principaliter autem in quantum habent in seipso virtutem actuam, quam truntur ad suas actiones.

Rationes sunt triasmodi. **PRIMA:** actio causæ secundæ non terminatur ad solam essentiam; ergo ad essentiam ut existentem: & hinc est quod essentia ponitur extra suas causas, seu existens, per causam secundam.

SECUNDA, Deus & creatura operantur variâ numero actione, iuxta illud q. 105. ar. 5. ad 2.

C Vna actio non procedit à duobus agentibus unius ordinis: Sed nihil probaberis quin una & eadem actio procedat a primo & secundo agente. Quod conforme est his que l. 3. contra gent. c. 70. script. Non esse inconveniens quod producatur idem effectus ab inferiori agente & Deo, ab virtute immediate, licet alio & alio modo. Atqui actio Dei operantis per creaturam terminatur ad esse: ergo etiam actio creature.

TERTIA, generans verè dat esse rei genitæ: sed causæ secundæ generant: ergo dant esse. Hinc B. Thom. l. 2. contra gent. c. 52. dicit quod generatio & omnis motus terminatur ad esse.

D ENIQUE, idem disertè affirmit causas secundas causare esse, quamvis non nisi ex virtute diligâ. Omnes causa creata (inquit q. 7. de pot. art. 2.) communicant in uno effectu qui est esse: & productum exemplo de igne & aedificatore, concludit; convenient ergo in hoc quod causant esse.

In resp. ad 10. ipsum esse creatum quod est proprius effectus respondens primo agenti, causatur ex alijs principijs. El. 1. 1. contra gent. c. 21. Omnis alia substantia prater Deum habet esse causatum ab aliquo impossibili est igitur quid sit causa effendi, nisi sicut instrumentalis, & agens in virtute alterius. At rursus l. 3. c. 66. Cum esse (inquit) sit communis effectus omnium agentium (nam omne agens facit esse alii), oportet quod hunc effectum producant in quantum ordinantur sub primo agente, & agunt in virtute illius.

E AD ARG. autem RESP. quod esse sit proprius effectus Dei; partim quia cum ipse solus sit esse suum, absolutum, & independens; omnia alia quæ dant esse; hoc habent in quantum agunt in virtute Dei: ut ipsomet B. Thom. explicat dicto cap. 66. lib. 3. contra gent. Partim quia solus Deus dat esse simpliciter & absolutè; causæ autem secundæ non sunt causa effendi simpliciter, sed causa effendi hoc, v.g. ut sit homo, ut sit album, quemadmodum idem ait l. 2. contra gent. c. 21. Partim denique, quia solus Deus est causa totius esse, sive materiæ, sive for-

Causa se-
cunda alij quo
modo proin-
cipit esse.